



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni  
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

De calicibus,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](#)

ee, ferro, vel plumbo, serico cooperire,  
& premere; quæ res piis omnibus indig-  
na meritò videri potest.

Vasculum seu Ciborium illud, in quo  
sacra Communio ad infirmos deferrisi so-  
let, alia scilicet Pyxis à supradicta, non  
in Tabernaculo, sed in Sacristia, unà cū  
sacris Calicibus asservetur, & tum de-  
mum producatur, quando ad dictos in-  
firmos cum Venerabili Sacramento eur-  
dum erit.

D E <sup>irud</sup> A L I C I B V S.

Calices rimam quamvis minimam, &  
notabilem inflexionem, quam dum ca-  
dunt, vel allidunt, contrahunt, peni-  
tus habeant nullam.

Magna porrò adhibenda est diligen-  
tia, ut mundi & nitidi conserventur.  
Unde Parochorum seu Prælatorum cu-  
ra & providentia, singulis annis, bis ter-  
vè lavabuntur. Hæc autem ablutio à  
Sacerdote, Diacono vel Subdiacono  
(quibus solis nudis manibus, nudos Ca-  
lices tractare concessum est) hoc modo  
commodissime, & sine auri argenteive  
jaetura fieri potest.

Primo, unà cum Patenis immergantur

19

in aquam tepidam, præparatam in pelui munda, quæ deinde aqua in sacrarium, ut omnia alia, ab huiusmodi ablutione proieciatur. Postea Sapone cum acri lixivio in pulles quasi concocto, undiq; benè obliniantur, & sic, si non per totā noctem, saltem per aliquot horas, loco ruto relinquuntur.

Hinc aqua calida benè abluantur, selenaco, auro & argento fricando aptato, in remotioribus angulis & latebris ( si quo minus saponis aqua elui potest ) leviter adhibito, benè omni ex parte mundentur, & ter quater vè abluti, in aquam lymphidissimam, frigidam, de puro fonte haustam immergantur, indeq; extracti, non abstensi, in mensa aliqua mappa munda instrata, soli, tempore quieto & sereno: vel si hic haberi non possit, in hypocausto mundo, calori, siccandi exponantur; & demum sic mundi & benè siccati, candidis, & lotis sacculis suis involvantur.

### DE CORPORALI ET PALLA.

Singulari studio curandum erit, ut Corporalia, quippe quæ Christicorpus  
( unde